



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Chronicon Monasterii Bödecensis Ordinis Canonic. Regul.
S. Augustini in Diœcesi Paderbornensi**

Probus, Johannes

Monachij, 1731

VD18 12260568

Caput XXI. De diligentia Prioris circa alienata bona.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64645](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64645)

C A P U T XX.

Quòd agenda , ut fierent , pradisposuit.

AUdi nunc prædicti Prioris sollicitudinem satis diligentem pro operibus agendis & perficiendis ; nam ne in exequendis operibus aliqua negligentia impedimentum præstare posset , idcirco præfatus Prior , prout frequenter omni die post completorium (saltem cum feriata sequeretur dies) Procuratore suo , Magistroque agriculturæ ad se vocatis , ita singula crastina die facienda fieri disposuit , ut eadem die illucescente omnes & singuli de sibi necessarijs antea provisi absque ulla dilatione ad agenda cum festinatione properarent.

C A P U T XXI.

De diligentia Prioris circa alienata bona.

Venerabilis insuper Prior , de quo agitur in præsentì , circa alienata bona sui Monasterij tam fidelem pro eorundem recuperatione sese exhibebat , ut quidam militaris eum ob hoc ægré ferens pecunijs quamdam personam de numero prædonum (qui præfatum Priorem interficeret) subornaverit ; Nec sic ab ineptis præfatus Prior cessans Monasterij bona virili animo , ut reduceret , laborabat ; Is verò , qui Priori mortis foveam in animo præparavit , horribili iudicio præventus , in foveam ipse ruit , quam effodit.

C A P U T XXII.

Modus , quo Laici circa exteriora in disciplinari vita servabantur.

AUdiatur nunc laudabilis modus , quo subditos sibi Laicos DEO eum juvante in disciplinari vita custodierit : nam dum Laici sui Monasterij foris in campis aut sylvis laborabant , prædictus Prior secundum Monasterij facultatem pro refectio-
cibum